

a verbo et ergo illam determinationem presupponit. Unde participium dicitur quasi partem capiens quia habet quedam accidentia similia accitibus nominalibus et quedam similia accitibus verborum. De primo ut genera et casus. De secundo ut sunt tempora et significaciones.

**Q**uerit. quid est participium. **S**olutio. secundum modum est illud quod significat per modum fluxus et fieri indistantia a substantia quia participium non induit copulam que est nota distantie ipsius ad ipsum nomen.

**Q**uerit. quomodo differenter verbis significat cum tempore et participium. **S**olutio. in duplici differentia. Prima est. verbis significat per se cum tempore ut dicitur per se primo per hermenias. Sed participium capit tempus a verbo. Secunda differentia est. quia verbis significat tempus illimitabiliter sed participium limitabiliter quia potest stare sub eadem voce trahi ad aliud tempus ut in hoc paralogismo. quicquid sanabatur sanus est laborans sanabatur ergo laborans sanus est intelligendo per laborans infirmum. Ibi laborans est limitatus ad preteritum imperfectum alias non esset ibi fallacia equocationis ut logica tenent. Similiter dicendum est de istis. Fuit legens erit legens hoc tam est minus principaliter quia adhuc reuelat presens ut patet exprimendo sententiam orationis ut ero legens id est ero in presenti aliquo tempore legens.

**A**rguit. Est aliquod participium in ens terminatum preteriti temporis ergo et ut inueniens secundum ebrardum est preteriti temporis. **S**olutio. potest esse presentis temporis et etiam preteriti temporis quando sunt verbis a quo descendit significat preteritum. Ad dicendum est quod regula intelligitur de participio non descendente de verbo reflexiuo.

**Q**uerit. quot de causis participium est inuenitum. **S**olutio. duplici de causa scilicet comoditatis et necessitatis. Comoditatis est ut breuior sit oratio omissa copula vel relatiuo vel aduerbijs vel coniunctionibus. Unde quia duo verba sunt danda vni supposito potest alterum mutari in participium ut titare tu recubas et modularis breuius dicitur tu recubans modularis. De secundo. homo currit qui mouetur homo currens mouetur. De tertio. dum octavianus impat vel impaut natus est christus id est octauiano impante et illa mutatio potest fieri per omnia participia presentis temporis preteriti et futuri temporis. Causa necessitatis est quia aliquando sine participio non potest fieri perfecta oratio. Exemplum ut circa dedimus castra fossa et vallo ne hostes venientes nos opprimere ut queant.

illa terminat	illa terminat	participium	illa terminat	participium
nationem	nationes	preteriti	temporis	futuri
		temporis		temporis

**T**us vel sus dat preteritum rus dusque futurum